



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Contra Malignvm Io||hannis Eccii Ivdici-||vm, Svper
Aliqvot || Articvlis, A Fra||tribvs Qvibvs||dam Ei
Svppo-||sitis, Mar||tini Lv-||theri || Defen||sio**

Luther, Martin

[Leipzig], [1519]

VD16 L 4252

Articvlvs Vndecimvs. Quod plus sit credendum simplici laico scripturam alleganti, quam Papae, vel concilio, scripturam non alleganti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32690

intelligere scopum legis, in eodem positæ . An est iuris forbilis forte
doctor magis, quam intelligibilis?

ARTICVLVS VNDECIMVS.

Quod plus sit credendum simplici laico scrip-
turam alleganti, quam Papæ, vel concilio, scriptu-
ram non alleganti.

Hanc Eccius (licet Gerson fortiter ei resisteret) procacem, tum pro-
motiuam hæresis, augmentatiuam pertinaciæ, Generatiuam singula-
ritatis, inobedienciæ, & rebellionis, contra sum, pont, & sa, concilia,
& sic similia pulchre latinæ ornamenta ex grammatica cõtempna.
Tu vero lector hic Eccium obserua (vt Ecciano more insultem)
an non intus & extra, a planta pedis ad verticem vsq; perfusus to-
tus sit hæreticissima prauitate, vna cum suis discipulis fratribus.
Quid putas boni sentit, qui scripturæ sanctæ non credendum asse-
rit? Quis vnquã auditus est hæreticus, qui verbo dei non credendum
docere præsumpsisset. Sic debent cadere, qui fraterna inuidencia, &
adulandi furore perditæ, non nisi perniciem, & ecclesiæ, & veritati, p
maledicta gloria sua quærunt. Quid hic faciet scriptura sancta est
verbum dei, quod si aliua diceret, audiendum est, etiam præ omni-
bus angelis, si verbum dei non haberent. nẽdum præ papa & concilio,
sine verbo dei agentibus. O furor, verbo dei non credendum,
sed humanis verbis docet Eccius d. s. theologiæ (id est verborũ dei)
docent idem sui discipuli, viperæ viperina genimina. I nunc Ec-
ci & docero, quod audire verbum dei, & credere scripturam sanctam
alleganti, sit promotiuum hæresis, generatiuum singularitatis, inobe-
dientiæ & rebellionis. Obsecro, vbi nunc est zelus Rho, curiæ
vbi principes, vbi pontifices, hæc monstra ferre potestis? Ego torpa-
rior hostes, propter hominum opiniones neglectas, hic gloriam ha-
bet hostis verbi dei, abnegator scripturæ sanctæ.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

Dixit non esse necessaria bona opera.

Hanc hæreticam pronunciat Eccius, & bene probat sed nonne sua
prodit maliciam & inuidiam, cū sciat me ita non sapere, & tamen a
malignis fratribus hanc libenter acceptans, ostendit se malle, vt
tam insigniter errarem, quo liceret ei contra me gloriari, quam vt ve-
ra saperem. quã pulchra fuisset modestia Ecciana, si istis fratribus re-
stitisset, dicens. Falsum vos dicitis. Martini scripta legi, non ita sapit,
sed iuxta Bernhardum. Hoc pro Eccio. Cæterum, huius proposi-
tionis originem puto esse, quod sæpius docui, bona opera, quæ esse